


Mors est hic hominis semper cum tempore labi. Et semper quadam conditione mori  
 Est hominis nudum nasci nudumque reuerti. Est hominis putrere solo limūque fate  
 ri Et miseris gradibus in cinerem redigi Res et opes prestantur ei famulatur ad  
 horam. Est locuplex mane Despere pauper erit.



Omnia cesar erat et gloria cesaris esse desinit: et tumulus dix erat octo pedum.

Mortuus primus musicus choree

Vos qui diua vero sententia  
 In diuersis diuitis seculo  
 Sequimini cristi vestigia  
 Prouidendo mortis articulo  
 Sero mane aut in diticulo  
 Hanc choream sic choreabitis  
 Suspiciate vestro nos oculo  
 Sicut sumus ita vos eritis

Secundus musicus

Cur nunc fratres non arbitramini  
 quod expedit vos omnes sic mori  
 Lothidie vero letamini  
 Sed potius debetis mereri  
 Sepissime non est sicut heri  
 cito letus cito contristatus  
 Nolite vos fratres demereri  
 Hos discere vos expedit saltus

Tercius musicus

Diuvenes maioresque senes  
 Dicta nostra bene conspiciate  
 Mori decet hoc scitis vos omnes  
 Nos igitur bene respiciate  
 Mundi huius vana despiciate  
 Parua est res que transit leuiter  
 Vos in celo semper aspiciate  
 Lentum anni transeunt breuiter

quartus mortuus musicus

Breuis enim est vita hominum  
 Nam viuentes veluti dicasti  
 Ante vero presatum terminum  
 Omnes fere morientur isti  
 quod plurima dicta retulisti  
 Ut quilibet curam accipiat  
 Sed parumper eos retrapisti  
 Nemo timet donec recipiat.